Heb.2.c. eum. Tunc ait illis ieſus. Nolite timere
E ⁊Ite nunciate fratribus meis vt eant
in galileam: ibi me videbūt. Que cum
abiiſſent: ecce quidā de cuſtodibꝯ vene-
runt in ciuitatem et nunciauerūt prin-
cipibus ſacerdotum om̄ia que facta fue-
rant. Et congregati cum ſenioribus cō-
cilio accepto pecuniam copioſam dede-
runt militibus dicentes. Dicite quia di-
ſcipuli eius nocte venerūt: et furati ſunt
eum nobis dormientibus. Et ſi hoc au-
ditum fuerit a preſide nos ſuadebimus
ei. et ſecuros vos faciemus. At illi acce-
pta pecunia: fecerunt ſicut erant edocti.
Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud
iudeos vſqꝫ in hodiernum diem. Unde-
cim autem diſcipuli abierunt in galileā
D in montem vbi conſtituerat illis ieſus.
Mar.16.f. ⁊Et videntes eum adorauerūt. Quidā
autem dubitauerunt. Et accedēs ieſus
locutus eſt eis dicēs. Data eſt mihi oīs
Mar.16.g.Luc.10.f poteſtas in celo et in terra. Euntes er-
go docete omnes gentes: baptiçantes
eos in nomine patris et filij et ſpiritus
ſancti: docentes eos ſeruare omnia que-
cunqꝫ mandaui vobis Et ecce ego vobi-
ſcum ſum omnibus diebus: vſqꝫ ad cō-
ſummationem ſeculi.

Explicit euangelium
ſm̄ Mattheum.

Incipit prologus ſancti Hierony-
mi in euangelium ſm̄ Marcum.

Marcus euangeliſta dei ele-
ctus ⁊ petri in baptiſmate
filiꝰ: atqꝫ in diuino ſmōne
diſcipulus. ſacerdotiū in
iſrael agēs ſm̄ carnē leui-
ta ad fidē chriſti ꝯuerſus. euangeliū in
italia ſcripſit: oſtēdens in eo quid ⁊ gene-
ri ſuo deberet ⁊ chriſto. Nā initiū princi-
pij in voce ꝓphetice exclamatōis inſtitu-
ens ordine leuitice electōis oſtendit: vt
p̄dicās p̄deſtinatū iohannē filiū çacha-
rie in voce angeli annunciātis emiſſum
nō ſolū verbum carne factum: ſed ⁊ cor-
pus dn̄i in oīa ꝑ verbū diuine vocis ani-
matū in initio euangelice p̄dicatōis oſtē-
deret: vt q̄ hec legēs ſciret cui initiū car-
nis in dn̄o. et ieſu aduenientis habitacu-
lum caro deberet agnoſcere: atqꝫ in ſe ver-
bum vocis qd̄ in conſonantibꝰ ꝑdiderat
inueniret. Deniqꝫ cū ꝑfecti euāgelij opꝰ
intrans: et a baptiſmo dn̄i p̄dicare deū
inchoans: nō laborauit natiuitatē carnis
quā in prioribꝰ viderat dicere: ſed toti-
us expmēs expoſitionē deſerti: ieiuni-
um numeri. tentatione diaboli. congre-
gationem beſtiarū. et miniſteriū ꝓtulit
angelorū: et inſtitues nos ad intelligen-
dū: ſingula in breui ꝯpingēs ne aucto-
ritate facte rei demeret. et ꝑficiēdi opis
plenitudine nō negaret Deniqꝫ ampu-
taſſe ſibi poſt fidē pollicem dicitur: vt ſa-
cerdotio reprobus haberetur: ſed tantū
cōſentiens fidei predeſtinata potuit ele-
ctio. vt nec ſic in ope verbi ꝑderet quod
prius meruerat in genere. Nam alexan-
drie ep̄us fuit. Cuius per ſingula opus
fuit ſcire et euangelij in ſe dicta diſpone-
re. et diſciplinā legis in ſe agnoſcere. et
diuinā in carne dn̄i intelligere naturā.
Que in nos primū requiri oportet: de-
hinc inquiſita volumus agnoſci: haben-
tes mercede exhortatōnis: qm̄ qui plan-
tat et qui rigat vnū ſunt. qui aūt incre-
mentū preſtat: deus eſt.

Explicit prologus.